



Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

11. Declaratur Concilii Trident. decretum super impedimento affinitatis ex
fornicatione provenientis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

dicto Concilio nominatum non expressas, matrimonium liberè & licitè contrahi possit. Et ita ab omnibus judicari debere mandamus atque statuimus; decernentes irritum & inane, si quid secus à quoquam quacunque dignitate, auctoritate & potestate prædicto contigerit judicari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis aliisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentes literæ &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, decreti, mandati, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temeratio contraire. Si quis autem hoc attentare præfamerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXVI. quarto Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno secundo

Cæs. Glorierius

H. Cumyn.

Declaratur Concilii Tridentini decretum super impedimento affinitatis ex fornicatione provenientis.

X I.

Part. 2. alleg. 35.

PIUS Episcopus, servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

AD Romanum Pontificem spectat, Canonicas sanctiones, qua expressorem sensum postulare videntur, re diligenter perspecta ita declarare, & alias providere, ut omnis dubietas de piis Christi fidelium intentibus evellatur. Sanè postquam ex eo, quod Tridentina Synodus impedimentum affinitatis ex fornicatione proveniens, per quod non solum matrimonium contrahi prohibetur, sed etiam postea factum dirimitur ad eos tantum restrainit, qui primo & secundo gradu conjunguntur; in ulterioribus vero gradibus statuit, matrimonium postea factum non dirimi; à pluribus Christi fidelibus, ut accepimus, dubitatum est, an licet in ulterioribus gradibus hujusmodi matrimonium contractum non dirimatur adhuc tamen juxta antiquos Canones contrahi prohibeatur. Et propterea nos omnem ambiguitatem tollere, & animarum tranquillitati, ac matrimonii libertati, quantum cum Deo possumus, consulere volentes, declaramus, & Apostolica auctoritate decernimus, nullum hodie impedimentum remanere, quo minus in ulterioribus gradibus hujusmodi libere & licite matrimonium contrahi possit. Et ita ab omnibus judicari debere mandamus, atque statuimus, decernentes irritum & inane, si quid secus à quoquam quacunque dignitate, auctoritate, & potestate prædicto contigerit judicari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis aliisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentes litteræ

Litteræ in Cancellaria nostra Apostoli-
ca, & in acie Campi Floræ de more pu-
blicentur, & inter constitutiones per-
petuo valituras describantur. Et quia
difficile foret, eas ad singula quæque
loca deferri, quod autem transumptis
etiam impressis, manu alicujus Notarii
subscriptis, ac sigillo alicujus Prælati
munitis, eadem prouersus fides adhibe-
tur, quæ præsentibus adhiberetur, si
forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli er-
go omnino hominum liceat, hanc pa-
ginam nostræ declarationis, decreti,
mandati, statuti, & voluntatis infrin-
gere, vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autem hoc attentare præsum-
perit, indignationem omnipotentis
Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apo-
stolorum ejus, se noverit incursum.
Datum Romæ apud S. Petrum, anno
Incarnationis Dominicæ M.D.LXVI.
quarto Kalend. Decembbris, Pontifi-
catus nostri anno primo.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

De veritate exprimenda à Procurato-
ribus Pœnitentiariæ &c. in dispensa-
tionibus Matrimonialibus, & aliis
gratiis Apostolicis, sub
pœna falsi.

XII.

Part. 2. allegat. 35.

P I U S P A P A.

Motu proprio &c. Cùm sicut ac-
cepimus, nonnulli suæ conscien-

conscientiæ prodigi, ac propriæ salutis
immemores, ut facilius à nobis, & Se-
de Apostolica dispensationes Matrimo-
niales, & alias gratias & concessiones
obtineant, gradus consanguinitatis,
vel affinitatis, aut cognitionis spiritua-
lis, ac scientiam illorum aliter, quam
eis à principio ab ipsis partibus signifi-
catum, vel narratum fuerit, exponunt;
& si matrimonia hujusmodi adhuc
contracta non fuerint, pro contradic-
tis narrant, ac alias diversimodè veram
facti speciem tam in ipsis dispensatio-
nibus Matrimonialibus, quam pro a-
liis quibuscumque gratiis & concessio-
nibus obtinendis immutent; ac prop-
terea cum non solum in impetratio-
nibus hujusmodi falsitas narretur, ve-
rum etiam in partibus plerumque pro
verificatione gratiarum hujusmodi ve-
ritas immutetur, & falsitas committat-
tur. Nos igitur hujusmodi abusibus &
erroribus obviare cupientes, Motu
proprio &c. omnes & singulos Procu-
ratores tam officii Sacræ Pœnitentia-
riæ, seu Contradictorum, quām alias
quoscumque sollicitatores, & scriptores
quos Copistas vocant, qui veritatem
facti à narratione, quam ab ipsis par-
tibus habuerunt, quoad substantialia,
& qualitates necessario exprimendas,
diversam faciunt, seu quoquo modo
invertunt, aut immutant, ac deprava-
nt, & per subreptionem & obrep-
tionem gratias à nobis extorquent; pœ-
nam falsi incurere, & ea puniri debe-
re omnino decernimus & declaramus;
Mandantes propterea almæ Urbis Gu-
bernatori, Cameræ Apostolicæ Audi-
tori,